



Wf
616

M. JOH. JACOB STÜBELIUS,

Rector illustris Afranæ,

Ad

ACTUS BINOS, ORATORIUM DRAMATICUMQVE,

Memoriæ VIZTHUMIANÆ die ERNESTI dedicato

in auegamq; majore habendos,

in quorum altero,

FRANCISCUS ADOLPHUS de RECHENBERG, Eqves Lusatus, res-
CHRISTIANI I. Septemviri Sax. Oratione Latinâ, &

JOH. GOTTHELFF LINDNERUS, Groß-Rhersdorff. CHRISTIANI II.
Septemviri Sax. simili laudabut, ac uteqrve potissimum res co-
rum Religionem ac literas sp̄eciantes enarrabunt.

DANIEL verò GOTTLÖB TITTELIUS, Satisford, in LANGALLERIUM
INVECTIVAM recitabit.

In altero,

Rusticum Belgicum in aula Philippi Boni Principem
q̄vali per somnium agentem exhibituro,

Joh. Heinr. de Zetschnberg, Eqv. Luf. Philippum Bonum, Martinus Gottlob
Sillig, Misn. Filium hujus, Christianus Schubart, Pirn. Marechalum e-
jus, Franc. Adolph de Rechenberg, Cubicularium, Jo. Gottfr. Scheuffler,
Lommaz, Stabuli Præfectum, Christianus Gottlieb Uſchner, Grosz-Nauen-
dorffensis, & Theoph. Heinr. Kauderbach, Gommeranus, Aulicos Nobiles,
Christian Wilhelm Pöppelmann, Dresden, & Fridericus Jonathan Amandus
Richter, Beltz. Virginies aulicas, Joh. Sigismund Teichmann, Dresd. Gynæ-
cœo Præfetam, Gottlob Friedrich Nemiz, Berolin. Ministrum aulicum,
Carl Wilhelm Kann, Oehneris-Saxo, & Joh. Jacob Greiff, Misn. Satellites,
Rudolph Gottlob Bartsch, Dohnensis, Job. Christian Fritzsche, Hertzberg, Job.
Gottfr. Sommerlatte, Mühlberg, & Carl Gottlieb Grosse, Dresden. Servos-
aulicos, Carl Gottfried Lochmann, Spansberg. Famulum, Idemq; ac
Sommerlatt, Cives, Uſchner memoratus Hospitem, Christian Traugott Apiz,
Dresd. Mediastinum, Uſchner rursus vinum adustum parantis ca-
latorem, Carl August Meyer, Cregen. Rusticum & personatum Principem,
Christian August Herzog, Zittau, Christian Traugott Apiz, Dresden.
& Fridr. Wilhelm Vitzthum ab Eckstädt Rusticos, Job. Gottlieb Frost, Dresden.
Christian Friedrich Schmieder, Borschz. & Job. Gottfr. Stübel, Annab. Rusticas,

In Interscenio

Joh. Gottlob Deutrich, Zadel. Burgundiam, Teichmann jam diuers Pacem, Jo.
Christian Funcke, Wilsdorff. Opulentiam & Venerem, Grosse jam nominata
Amasium, Joh. Gotthelf Senff, Lommaz. Fatum, tanquam Div. nunti-
tium, Joh. Adolph Seiffert, Ablaß. Invidiam, Carl Rudolph de Milkau,
Eqv. Misn. Martem, Victorin Gottlieb Salomon Sonntag, Periz. Plutonem,
Christian Gotthelf Haberkorn, Camenz. Bacchum, Job. Theodorus Deutrich,
Zadel. Satyrum, Job. Christian Schumann, Misn. Fatuum, Job. Benj. Münch,
Dresd. Romanum, Job. Carl Melis, Freib. Opilionem, Job. Adolph Kanne,
Oebn. agreeſem referent,

perquam officiosè ac amanter Auditores & Spectatores futuros invitati

HAC DISSERTATIUNCULA PRIORE
de Friderico Wilhelmo, Electoratus Saxon.
qvondam Administratore.

MISENÆ, Typis BAHNIANIS, MDCCXVI.



198.



IPSE fecit & faciet!



Um superioris anni hoc ipso tempore Conditoris Afranici nostri D. MAURITIUM & D. AUGUSTUM dederimus, jam duos fistimus Nutrictios CHRISTIANUM I. & CHRISTIANUM II. inter quos medium velut existentem FRIDERICUM WILHELMUM, qui proximâ cognatione his conjunctus, & dum per ætatem in has ditiones regimini alter non idoneus erat, rerum Administrator fuit, tacere religio-

ni nobis duximus. Igitur quantum chartæ hujus capiet spatum, de ipso breviter stricteque tradituri, dicimus, eum filium fuisse Johannis Wilielmi Vinariensis Ducis è Sufannâ Friderici III. Palatini gnata; partu primo in hanc lucem editum VII. Kal. Maji, A. MDLXII. Patre VI. Non. Martii A. MD LXXII, defuncto, Altenburgicum traetum possidere coepit, auctor ejus familiae, appellatus Dux Saxoniæ, Dynasta Thuringia, Marchio Misniae & Princeps Hennebergicus. Laudatissimorum Parentum curâ fidelium Praeceptorum Institutioni maturè commendatus est, ut à teneris ungryliculis veras pietati ceterisq; virtutibus, illustri sobole dignis, adseverieret. A Godofredo Ludovici didicimus, Casp. Melissandrum, qui postea Ecclesiam Altenb. rexit, in aulam Vinariensem à Joh. Wilielmo alleatum, ut filii studiis præcesset, Patris & universæ aulæ plausum ingenuitate suâ promeritum. Sicuti Wolfgangus Kilianus nos docet, liberalibus, aulicis & scitu necessariis disciplinis apprimè eruditus, moribusque instructus, facultatem nactus est gravissima traetandi negotia, plurimaque commoda patriæ suæ Saxoniæque nostræ ferendi. Usu jam exercitatus erat in moderanda Republicâ, per XVIII. annos paterna tenuendo bona, cum secundum legem Imperatoris Sigismundi volente sic Christiano I. extremis vicino, nec ordinibus provinciarum dissentientibus, ei tutela impuberum illius filiorum & gubernatio vicaria Anno MD XCI, est concedita. Si sanguinis propinq' vitas considerata non fuisset, nemo pietate, prudentiâ, fide potior illi fuisset præferendus. Qui proprius eum attingebat necessitudine, Joh. Fridericus II. à Cælare tenebatur captivus, nec officio eo fungi poterat. Paulo ante obitum suum vocatum ad se FRIDERICUM WILHELMUM nostrum Christianus I. amicissime monuit, ne ad aliam quam Augustanæ Confessionis haud mutata normam in suis ditionibus componi sacra permitteret, id qvod portrettâ dextrâ ut firmaretur, stipulatus est. Adjutor ipsi adjunctus Joh. Georgius pupillorum avus maternus, Brandenburgicus Septemvir, Princeps summae fortitudinis ac pietatis non minoris, ut à Seeligmanno vocatur. Noster etiam, ut Wilckius, non sine veneratione multâ nominis dicendus, refert, cum Ludovico Duce Würtembergico, cuius sororem Sophiam tori sociam habuerat, freqventer consilia contulit. Horum sub providâ vigilantiâ qvid Institutio posset, expertus potissimum est JOH. GEORGIUS I. postea Septemvir, quippe q' vi eorum beneficio pietati hausit profutura, omniaq; ponderavit Principem decentia & excoluit ornamenta. In primis exercitia quoque, ad militiam juvenem præparantia, sanctioribus illis Musarumq; studiis admisit, uti Buchnerus ait. Idem eorum, qui generosam stirpem fingebant sedulò & in decoram rectamq; proceritatem feliciter dirigebant industriâ, personam primariam FRIDERICUM WILHELMUM nominat. Wilckius eum Tuteorem dicit sine exemplo: q' yd nec filius Thuanus. JOH. GEORGIUS eum, teste Wilckio, dum in vivis fuit, tanquam exemplum eximium fidelis tutoris constantissime laudavit, & q' v'c' q' v' muneris fuit ejus repedit genitis ab eo filiis, præcipue

cipuè Friderico-Wilhelmo II. posthumo, cui, post fata prioris Conjugis Sophiae Elisabethæ Brandenburgicæ, Magdalena Sibyllam, filiam suam, à Christiano Danico Principe Viduam relictam, connubio junxit. Noster ille, qvamvis ab eo curanda in propriâ ditione Altenburgum qvandoq; vocarent, plurimum tamen temporis Dreßdæ egit atq; Torgaviae, sapien-
tiâ suâ & pacis studio Imperio toti Romano utilissimus. Mox Admini-
strator factus, qvinto fere, ex qvo gubernacula prehenderat, Mense An.
M D XCII, Torgam ordines terrarum pupillis suis parentium convocavit.
Ibi præsentibus pariter legatis Brandenburgicis, præter ea, qvibus puri-
tas doctrinæ, à Calvinianis inqvinate, restituebatur, alia plura, qvæ ad re-
ligionem pertinebant, & varia de rebus aliis, decreta & promulgata sunt.
Nobilitas qvoq; ut ad qvoscunq; motus, undecunq; ingruentes, parata
in armis pro salute publicâ excubaret, admonita. Tributi qvidem & ve-
tigalium novissimè imperatorum graves ob causas non impetrata re-
missio, de oneribus novis autem neutiq; qvam imponendis civibus cautum.
De totâ item juris & legum dispensatione tûm pro tribunalibus tûm in-
aulâ ita instaurandâ, ne qvamminimis dehinc locus esset querelis, pul-
chrè provifum. Adaicti exinde sacramento in verba tutorum & pupillo-
rum Vitebergenes, civitatiq; & Academiæ, in patrocinium receptæ, qvi-
es, qvæ haëcque labefactari vifa fuerat, statusq; pristini rectitudo red-
dita. Juxta fidem jurejurando illis obstringere Lipsenses jussi, & cæteri
è populis Principibus pueris ad obseqvia devin&is. Uti è Lundorpio
intelligitur, omnibus, qvæ è communire videbantur, actis atq; sanctis,
decreta executus est eodem & sequentibus annis, securiç; conventus alli-
sunt, ubi rerum conditio id exegit. Mense Julio ab invitato à Proceribus
& rogato à populo, Menzio id narrante, statim perrectum fuit ad accuratè
perlustrandos Saxonicos Misnicoq; piorum cœtus. Edictum enim Tor-
gaviae publicatum erat, qvo significabatur, qvemq; caritatum munere,
fuo suaq; dignitate, qui non fide integrâ & jurejurando obligatâ, since-
riori doctrina addiitum se prosteretur, ut hac ratione qvicq; vid confu-
sionis ortum erat, funditus tolleretur, & genuina illa Confessio Augusta-
na ejusq; defensio, unâ cum tribus præcipuis symbolis capitibusq; Smal-
caldicis & Formulâ Concordia farta testa retineretur, & ab errantium
fermento repurgarentur cuncta. Nemini vero conscientiæ vim illatum
iri asseverabat, clarè testatus, velle se, ut diversam sententiam amplexi
stationibus decederent suis. Nam irrepererant nonnulli tunc magis Calvi-
ni qvam Lutheri sententiæ suffragantes in iis, qvæ de DEO prædestinante
qvibusdam æternam beatitudinem, de mysteriis divinis, qvas Sacra-
menta vulgo appellamus, de persona Christi Salvatoris, habenda, Luthe-
rumq; Germanici Martini convicio traducentes. Hi perforsi fuerant, se
D. Nicolai Crellii Cancellarii, gratiâ plurimum valentis apud Christian. I.
integrali Saxoniam in partes pertrautos suas. Qui Sacerdotes recusâ-
runt subscríbere ipsorum placitis, honoribus privati erant suis. Et ex hoc
fonte turbæ proruperant graves, qwas Eqvestris præcipue ordo indignè
tulerat, Septemviro extra culpam posito, qvem perfusionibus suis Crellius
fascinaverat. Hostibus clâm & palam instantibus revocatos ab exi-
lio D. Martinum Mirum, supremum concionatorem aulicum, D. Polyc.
Lyferum, Professorem & Praefulem Witteb., & Nicolaum Selneccerum,
Doctorem Lipsensem, Politicorum etiam è censu D. David. Peiferum,
Consiliarium Sanctiorem & Cancellarium, cum qvibusdam Consiliariis
ætate gravibus & Ministris, qui D. Augusto jam serviverant, Balthasarem
Wurmium, Eqvili Praefectum, aliasq; incorruptos adhuc semperq; in
fide perseverantes, opposuit. Nostrî autem Principis, ut è Wilckio co-
gnitum, preces, contentio, assiduitas, fervor & prælucens imago, con-
ferentibus non parum SOPHIAE, matris Christiani I. pietate ac lacrymis,
effe-



effecere, ut à fæcibus liberatam doctrinam Lutheranam his in regionibus & in aulâ, abolitis iis, qvæ huic qvicqvam derogaverant, habeamus. Hoc Hercule indigebat ejus temporis diritas, qvi capita hydræ Lernææ rœscaret, & hoc Simione, qvi vulpes astutas nocentesqve caperet abi- geretqve, ac distractos eorum sensus, ceu caudis coëuntibus colla, re- primeret. Urbanum is Pierium, Wittebergæ malum cudentem, custodiae mandavit, cumqve Collegæ ipsius male sibi consci clam aufugissent, Ægidium Hunnium, qvi in Marpurgensi Academiâ annos XVI. magnam Ingenii & industriae admirationem, scriptis in utraque lingvâ evulgatis præclaris, ubiqve gentium pepererat A.C. MDXCII. cum difficultate non unâ Witebergam attraxit, ut & Professor Ordinarius & templo arci contiguæ præpositus esset, atqve arduum illud in primis opus suâ dexteritate juvaret. Aliquanto post Illustrissimus Princeps, officio id sibi divinitus injuncto flagitante, misit Reverendos & strenuos Viros, ut studium, sacrarum literarum, post mutationem miserrimam & tristissimam, instaurarent & ad puritatem justam reducerent. Qvod cùm fieret Petrus We- senbeicus, Jctus, ac Janus Gruterus, Philologus, sponte solum verte- runt: alii jussu Principis ejeci sunt, Viriqve non suspeeti in locum eorum surrogati. Sors ea verò perculit graviter Casp. Struvium, Schindlerum Oederensem, Henricum Majum, Theologiæ, ac Valentinius E- spichium, Medicinæ Doctores & Professores. Eandem subiécere Martinus Colerus, J. U. D. & judicij Provincialis Procurator, & Casp. Brandtius Senatorii ordinis homo. Cum Reipubl. Lipsiensis VI. Primarii Viri, Joh. Damnius, Jctus, Reinhardus Baccus, Consul, Henningus Grossius, Bibliopola, Nœfelius & Straßburgerus nollent veriora probare assensu suo, functionibus ut abstinerent suis, mandatum est, donec aliud Ad- ministratori videretur, & prohibitus ibi vendere Calvinianos libros. Ne- gotiò hoc datum erat è sacrarum literarum interpretibus Martino Miro, Georgio Mylio, Ægidio Hunnio, Burchardo Harbardo, Josua Loenero, Wolfgang Mamphrato. His adfuerunt Joachimus à Beust, Joh. Lö- ser, hæreditarius Mareschallus, Joh. Georgius à Ponickau, Joh. Fridericus à Schœnberg, Witteb, Præfectus, Wolff Albrecht à Schleiniz, Joh. à Wertern, Casp. à Kuzleben, Georgius Marichall, Præfectus Werdæ, Joh. Marischall in Holtzhausen Dominus, Mich. Wirt, D. & Cancellarius Co- burgensis, Gabriel Schütz, Cancellar. Mersburgensis. Ut Notarii adhi- biti Volckmarus Rölling, & Joh. Schneidewein. A qvibus res feliciter, confectæ, & præsentissima Halcyonia provinciis his redonata. Pierius ad meliorem rediens mentem, cum veritati viætrici daret manus, intercedentibus pro eo qvibusdam, & ipsa Elisabethâ Reginâ Angliae, post arðam triginta sex hebdomadum cœtidiam, libertatem recepit. Gundermannus errorem confessus grandem, dolere se dixit vehementer, qvod DEum ac homines offendisset, ideoqve vinculis exsolutis, Calam, privatam æcturam vitam, delatus est, cum interim uxor ejus ad restim- configisset. Henricus Salmuth, Sacerdos aulicus, abire coactus in Aca- demiam Heidelbergensem venit. Steinbachius, qvi pari gavisus erat, munere, molitus infelicem è carcere fugam, recantavit errores suos & e- juravit. Adeoqve tam ptaclare obiit partes suas FRIDERICUS GVILL- ELMUS noster, ut pax in choro, foro toroqve floreret, & deniq; hanc triplicem Rempublicam tribus illustribus fratribus, & in primis CHRISTIANO II. tranquillam & quietam A. MDCL. mense Septembri trade- ret, afflictis solatio, fessis ope, lapsis adminiculo, preffis laxamento reportato. Hæc verba: *Pietas tutissima Virtus.* Et, *Conserua in verbo me Deus tuo*, pro symbolis fuere ipsi familiaribus.

Cætera proximo anno DEO dante reservamus.

F I N I S.



Pon WF 676

ULB Halle
008 550 45X

3



KD/P





Wf
616

M. JOH. JACOB STÜBELIUS,
Rector illustris Afranæ,
Ad

ACTUS BINOS, ORATORIUM DRAMATICUMQVE,

Memoriæ VIZTHUMIANÆ die ERNESTI dedicato
in ægregiis majore habendos,

in quorum altero,

FRANCISCUS ADOLPHUS de RECHENBERG, Eqv. Lusatus, res-
CHRISTIANI I. Septemviri Sax. Oratione Latinâ, &

JOH. GOTTHELFF LINDNERUS, Groß-Rhoersdorff. CHRISTIANI II.
Septemviri Sax. simili laudabit, ac uterque potissimum res eo-
rum Religionem ac literas spectantes enarrabunt.

DANIEL verò GOTTLÖB TITELIUS, Satisdorff. in LANGALLERIUM
INVECTIVAM recitabit.

In altero,

Rusticum Belgicum in aula Philippi Boni Principem
quasi per somnum agentem exhibituro,

Job. Heinr. de Zeitzschwitz, Eqv. Luf. Philippum Bonum, Martinus Gottlob
Sillig, Mifn. Filium hujus, Christianus Schubart, Pirm. Marechalum e-
jus, Franc. Adolph de Rechenberg, Cubicularium, Jo. Gottfr. Scheuffler,
Lommaz, Stabuli Praefatum, Christianus Gottlieb Uechner, Gross-Nauen-
dorffensis, & Theob. Heinr. Kauderbach, Gommeranus, Aulicos Nobiles,
Christian Wilhelm Pöppelmann, Dresdens. & Fridericus Jonathan Amandus
Richter, Beltz. Virgines aulicas, Job. Sigismund Teichmann, Dresd. Gynæ-
cœo Praefatam, Gottlob Friedrich Nemitz, Berolin. Ministrum aulicum,
Carl Wilhelm Kann, Oehnensis-Saxo, & Joh. Jacob Greiff, Mifn. Satellites,
Rudolph Gottlob Bartsch, Dobnenfis, Job. Christian Fritzche, Hertzberg. Job.
Gottfr. Sommerlatte, Mühlberg. & Carl Gottlieb Grosse, Dresdens. Servos-
aulicos, Carl Gottfried Lochmann, Spansberg. Famulum, Idemque ac
Sommerlatte, Cives, Uechner memoratus
piz, Dresd. Mediastinum, Uechner ru-
latorem, Carl August Meyer, Cregens-
pem, Christian August Herzog, Zitta
& Fridr. Wilhelm Vitzthum ab Eckstädt
Christian Friedrich Schmieder, Borscibz. &

In Interse

Job. Gottlob Deutrich, Zadel. Burgundiam
Christian Funcke, Wilsdorff. Opulentia-
tus Amasium, Job. Gotthelff Senff, Lor-
tium, Job. Adolph Seiffert, Ablaff. In
Eqv. Mifn. Martem, Victorin Gottlieb
Christian Gotthelff Haberkorn, Camenz.
Zadel. Satyrum, Job. Christian Schuman.
Dresd. Romanum, Job. Carl Melis, Fre-
Oebn. agrestem referent,

perquam officiosè ac amanter Auditori.

HAC DISSERTATIU.
de Friderico Wilhelmo,
qvondam Admi

MISENÆ, Typis SPAHN

